Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



dicunt. Hic est heres. Venite occidamus eum: et habebimus hereditatem
eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra uineam: & occiderunt.
Cum ergo uenerit dominus uineae quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Ma
los male perdet: & uineam suam locabit alijs agricolis. qui reddant
ei fructum temporibus suis. Dicit eis ihs. Numquid legistis in scp
turis lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in
caput anguli. a domino factum est istud: et est mirabile in oculis
nris. Idco dico uobis quia auferetur a uobis regnum dei. et dabitur genti
facienti fructus eius. Et qui cecidit super lapidem istum confrin
getur: super quem autem cecidit ollerit eum. Et cum audissent principes
sacerdotum. et pharisei parabolas eius. cognouerunt quod de ipsis
diceret. Et quaerentes eum tenere timuerunt turbas: quoniam sicut prpha
ta erat. Dicit sabo t Genesis Cum haberent
rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum esau
fratre tuo. et dicentem ei. Affer mihi de uenatione tua. et fac cibos
ut comedam: & benedicam tibi coram domino antequam morior.
Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs meis: & pergens ad
gregem affer mihi duos hedos optimos. ut faciam ex eis
escas patri tuo quibus libenter uescitur: quas cum intuleris
& comederit benedicat tibi prius quam moriatur. Cui ille respon
dit. Nosti quod esau frater meus homo pilosus sit: & ego lenis:
Si attrectauerit me pater meus & senserit timeo putet me se
uelle illudere & inducet super me maledictionem pro benedic
tione. Ad quem mater. In me sit aut ista maledictio fili mi:
tantum audi uocem meam & pergens affer quae dixi. Abiit & at
tulit: dedit que matri. Paratum illa cibos sicut nouerat
uelle patrem illius: & uestibus esau ualde bonis. quas apud
se habebat domi. induit eum: pelliculas que hedorum circum